







1784.

1. Boehmerus, Phil. Adolphus: De cognoscendis et sanandis
scrophulis
2. Foerster, Joannes Christianus: De gemina palatinae
notione ejusque ambitu
3. Goltzow, Jo. Frid. Goltzow: De theoria congestionum
quatenus proxi inseruit

1785

1. Boehmerus, Phil. Adolphus: Animadversiones circa
functiones sexuales earumque morbos
2. Michaelis, Joannes Goltzow: Anonymus metum cordis
in quibus anatomico-medica.

1786.

1. Eberhard, Jo. Augustus: Commentatio in illud Pauli
Gal. 1. 19 et 2. 9. το π.η. ε.ω.α.τ.η.ς. ε.σ.ο.λ.η.τ.ο.ς. κ.α.τ.ο.ς.
Κησαί το χηιοτωρ τωμ ατικωσ.



1786

2. Grottinger, Jo. Fr. Gott: Dissertationes in unum. necnon notiones
quaedam circa reproductionem partium corporis hu-
mani
3. Gren, Fridericus, Althofus, Cordus: Dissertationes inaugurales
sive observationes et experimenta circa generem
aeris fixi et phlogisticati
4. Hensel, Elias: De atmosphaera eoque in corpora
humana efficiencia
5. Nettelbladt, David: De usu generis inter illustres
6. Nessellet, Joannes Sigurdus: Symbolae ad illustranda
quaedam loca officiorum prioris epistolae Pallasii
et Christiani
7. Pargel, Johann: De diversis imperii ~~Comiti~~ ordi-
nibus eorumque jurebus atque obligationibus nec non
de diversis foris competentibus
8. Hey, Fridericus, Mathaeus: Tentamen de nexu inter matrem
et foetum

9. Walf, Rudolph Augustus: De melle.

10. Zener, Francus Theophilus: De scirrhis et canceris.

1787.

1. Grotzer, Dr. Ferd. Gallus: De aere maris ejusque
in corpus humanum efficaciam.

2. Linder, Gottlob Emanuel: De lymphaticorum systemate.

3. Specht, Anandus: De insufficientia probandi
regulae: affirmanti incumbit probatio; de qua
alibi in ejus locum substituenda.

4. Sprengel, Kurt: Quaedam articulum 187. continen-
tibus criminis Carolinae illustrantia

8.





21. 1

PROLVSIO ACADEMICA
DE
DELATORE TESTE

P 303.

QVA
RECITATIONES IVRIDICAS
IN ILLVSTRI ACADEMIA,
QVAE HALAE FLORET
INDICIT

OTTO LVDOVICVS DE EICHMANN

I. V. D. POTENTISSIMO BORVSSORVM
REGI A CONSILLIIS SANCTIORIBVS
ET DIVERSARVM SOCIETAT,
MEMBRVM.



HALAE AD SALAM
APVD IO. CHRIST. HENDEL.
1781.



PROEVSIO ACADEMICA
DE
DELLATORE TESTE

QVA
REGITATIONES IURIDICAS
IN ILLVSTRY ACADEMIA
QVAE HALAE FLORET
I N D I C I T

OTTO LUDOVICVS DE EICHMANN

I. N. D. POTENTISSIMO BORVSSE
REGI A CONSILLIO SACRATORIBVS
ET DIVERSARVM SOCIETATVM
MEMBRVM



~~HALAE AD SALAM~~

HALAE AD SALAM
APVD IO. CHRIS. HENDEL.
1781.





DE
DELATORE TESTE.

Redeo, praecipue commotus amore, quo erga
scientias flagraui, flagroque, a strepitu negotiorum foren-
sum, quinque annorum spatio interiecto, ad vitam acade-
micam tranquillam, mihiq; imprimis suauissimam iucun-
dissimamque, quam per viginti quinque annorum spatium egi
& a munere Professoris iuris extraordinarii ad dignitatem
Consilarii Intimi Regii, Directoris Illustris Academiae Teu-
roburgensis & inelytae facultatis iuridicae Ordinarii ascendi.
Meditanti vero hanc ob rem aptum prolusionis argumen-
tum, in mentem venit, de delatore teste obseruationulas
nonnullas in medium proferre.

§. II.

Extant quidem verbi gratia *Cass. Matth. MÜL-
LER disputatio circularis de teste clerico, seu von dem Seuge-
niß*

niß eines Predigers, quae Rostochii Anno MDCCV. *Godofredi STRAVS exercitatio inauguralis de muliere teste*, quae Wittenbergae MDCCXIII. *Traugott THOMASII problema iuridicum, an testimonium duorum iudaeorum contra christianum plene probet*, quod Lipsiae cl. 15 ccx xxxiii. prodit *). Praeterea anno MDCCLXII. programma edidi, cui titulus: *De testimonio patroni in causa, cui patrocinium praestitit occasione L. XXV. D. de testib. ad viri consultissimi Io. Christian. Gulielm. Sybel solemnia inauguralia invitaturus*. Sed de testimonio denunciantis, quantum scio, opella singularis non prodit & ICI tantum pauca de hoc argumento in medium prodixerunt. Nihilominus tamen curae pretium est, de hac re data opera agere. Nonnunquam enim, vti recorder, haec quaestio oblata est, & ICI, vti plerumque, dissentiant.

§. III.

Nonnulli delatorem ad testimonium & probandam denunciationem etiam cum aliis non admittunt. *Doct. in L. 7. C. de accusat. & inscription. doct. in cap. 4. X. de testib. Lanfranc. de Oratio de testib. n. 89. Alberic. de testib. n. 6. Frarimac. Quaest. 60. n. 75. Wammes. inter conf. can. conf. 564. Oldekop in monstro iniustitiae, pag. 66. vbi monitum adiicit pro iudicibus: Und haben sich christliche Obrigkeiten und Richter sonderlich davor zu hüten, damit sie die anfängliche delatores, oder denunciatores criminum mit höchst-präjudiciallichem Verschweigen solche von denselben beschehene denunciations in puncto probationis zu Zeugen nicht gebrauchen. Vid. DAMHOVD. in tract. de testib. §. de reprob. test. n. 21. & in process. crim. c. 50. n. 22. vbi admodum con-*

*) Edidit & III. *Phil. Jac. HEISLER* ante plures annos egregium opusculum: Ob die Zulassung eines Judeneydes gegen einen Christen bedenklich sey?

queritur dicitque: hic tamen (quod acriter insectandum est) videas plerosque officarios grauiter peccare (ab ipsis nomenclaturis prudenter abstineo), quos non pudet contra omnem aequitatem eosdem ad testimonium contra misellos ferendum producere, quos prius habuerunt delatores, non aliam meruo causam, quam vel hac ratione ex innocentium oppressione pecuniariam condemnationem assecuti, suis consulant marsupiiis. *Conf. Campegi. de testib. regul. 103. in princ. Vid. Christ. Sigism. SCHACHER disputat. inaug. de iudiciali delictorum denunciatione, cap. VI. de effectu denunciat. iudicial. 12. pag. 71.*

§. IV.

Verum enim vero horum sententiae excipit. SCHACHER *loc. alleg.* tantum accedit, si aliorum testium assertio & testimonium non concurrant simulque quod ad alias limitationes attinet, quibus delator testis esse potest, CAMPEGI. citat. Secundum Georg. GRUBE *tractat. iuridic. de processu fori cap. XVII. §. XVIII.* aliorumque citator. iudicium denunciator testimonium ferre prohibetur in causa, qua denunciavit, nisi 1) sit persona publica & deponat de facto sibi commisso, 2) nisi iudex super delicto per inquisitionem procedat *); 3) nisi aliorum testium assertio & testimonium concurrat. MASCARD. *Vol. II. conclus. 508. n. 9. & seqq. Vid. FARINAC. quaest. 60. n. 64. & seqq. Grammat. dec. 73. n. 30.*

) 3

*) Sed hodie accusationes raro occurrunt ac iudex ex officio inquisitionem instituere solet & curat, ut malis hominibus purgetur provincia. Io. Gottl. HEINECCI *Elem. iur. civil. secundum ordin. instit. lib. IV. tit. XVIII. §. MCCCCLXX.* Iac. Fridr. LUDOVICI *d. det. pandect. lib. XLVIII. tit. II. §. I. & II.* Io. Sam. Fridr. de BOEHM. *elem. iurispr. criminal. sect. I. cap. IV. §. LXXXVII.* Denunciations vero saepe inquisitionem efficiunt.

n. 30. BRUNNEMANN *in process. inquisit. cap. 8. Membr. 2.*
 n. 23. Viro celeberr. & amico optimo *Frid. Will. PESTEL*
 iudice, priuatus, qui non ex officio crimen detulit, testis
 esse nequit. *Vid. eiusd. specim. tert. animaduersion. forens.*
quo legitima admissio testis in propria causa exponitur §. 8.
pag. X. Iuxta sententiam *Car. Ferd. HOMMEL rhaps.*
quæst. obseru. CCXI. pag. 218. Denuncians plane inhabilis
 testis est in causa criminali. *BOEHMER I. E. P. Tom. I.*
lib. II. tit. XX. §. XVIII. nisi leges id discrete permittant,
 vt in furto & iniuriis. Sed hoc singulare est, nec ad exem-
 plum trahi debet. Certe quilibet denuncians denunciati
 inimicus, & eo ipso homo improbus, quod si ipse laesus
 non fuerit, sponte delatoris inuidiosum munus suscipiat, vt
GRANZIUS de defens. reor. cap. V. membr. II. sect. III.
art. V. pag. 593. annotat. Si non probauerit, etiam expensæ
 inquisitionis in eum redundant. Certe eius quam maxime
 interest reum suspectum fieri, ne in suspicionem calumnia-
 toris incidat. Denunciatio in locum accusationis successit.
 Quis vero accusatorem inter testes esse, potiar. Plurium
 auctorum opiniones addere possem. Verum hoc ipso tem-
 pore, quo commentariolum hunc conscribo, de conclaman-
 dis vasis & suscipiendo itinere cogito velaque potius contra-
 here, cogor.

§. V.

An denuncians vero defensionis gratia a reo, tanquam
 testis, produci possit? disputat. *Barth. Hodeg. forens.*
cap. VI. §. XXXVI. not. c. pag. 164. idque affirmat. Sed
 ab eo dissentit. *SCHILTER. exercit. XXXV.*

§. VI.

Quid itaque statuendum, dubium incertumque vi-
 detur. Sed nemini me mancipau, nullius nomen fero mul-
 tum

dum magnorum iudicio credo, magis tamen veritati. Fides
 testium prudenti iudicis arbitrio relicta est. Statuunt id non
 solum ICI, exempli gratia *Io. Gottl. HEINECC elem. iur.
 civil. secund. ord. pandect. lib. XX. tit. V. § CXXXV.
 August. a LEYSER Meditat. ad pandect. spec. CCLXXXIII.
 Meditat. I illustr. ICI*torum ordines, verbi gratia Goettrin-
 gensis ac Erfurthensis *), sed & leges hanc sententiam
 confirmant. Vt statim quiuis eo facilius de eo iudicari possit,
 ipsa verba repetere, in animum induxi. *L. III. D. de testib.*
 cautum est: quae argumenta, ad quem modum probandae
 cuique rei sufficiunt, nullo certo modo satis definiri potest.
 Sicut non semper, ita saepe sine publicis monumentis cuius-
 que rei veritas deprehenditur, alias numerus testium, alias
 dignitas & auctoritas, alias veluti consentiens fama confir-
 mat rei, de qua quaeritur, fidem. Hoc ergo solum tibi re-
 scribere possum summam, non utique ad vnam probatio-
 nis speciem cognitionem statim alligari debere: sed ex senten-
 tia animi tui te aestimare oportere, quid aut credas, aut pa-
 rum probatum tibi opinaris. *L. XIII. vero eodem.* Verum
 tamen, quod legibus ommissum est, non omitteretur religione
 iudicantium: ad quorum officium pertinet, eius quoque te-
 stimonii fidem, quod integrae frontis homo dixerit, perpen-
 dere. Adde *L. XXI. §. III. c. t.* Quae vero cum ita sint,
 ita autem esse, accepimus, iudex iudicare debet, vtrum de-
 latori, tanquam testi & quanta fides tribui debeat. Quam
 ob causam acri iudicio perpendere debet, an potuerit &
 voluerit dicere veritatem. Nam testis est instar historici, ad
 cuius fidem haec requiruntur.

§. VII.

*) *Vid. Progy. meum de testim. patron. in caus. cui patroc. praest.
 §. V. pag. 8. 9. 10. 11.*

§. VII.

Secundum doctrinam vero *Io. SCHILTER. in prax. iur. rom. in for. germ.* si ad vsum fori respicimus, delator testimonium perhibere potest & ne accusator quidem censetur, quamuis pars laesa sit. *Vid. l. c. addit. l. V. pag. 190. Denunciantes an testes esse possint? CARPZ. pract. rer. criminal. n. LVII.* Praecipue autem testimonium ei vindicant, si socius criminis non sit. Quod si vero talis sit, indicium delicti fecisse, censent, vt commissum in alium deriuetur. *KRESS. comment. in constit. criminal. Carolin. artic. LXVI. §. II. pag. 202.* Vir & post ipsa fata Celeberr. *Io. Sam. Frid. de BOEHMER ad Carpz. pract. rer. criminal. quaest. CVIII.*

§. VIII.

Iam ad eo transeo, quorum gratia haec in chartam conieci, nimirum vt mihi opportuna adsit occasio collegia mea iuridica indi. andi. Priuatum hora VIII-IX. & I-II. *librum primum corporis iuris Fridericani adhibitis praecognitis,* hora XI-XII. *Institutiones iur. ciuil. duce Heineccio,* hora III-IV. *Elementa iurisprudentiae criminal. praeunte de Boehmer* explicare simulque recitationes lingua Germanica in vsum carissimorum Auditorum in haec elementa data opera conscriptas cum iis communicare hasque scholas, die XV. Octobr. aperire, apud animum contitui. Of-fero praererea *collegium iuris criminalis* duce Viro Celeberrimo *Koch & Pandectarum* facem praeferente *Ludovici,* quibus scholis, vt Comites Illustrissimi, Commilitones reliqui Generosissimi, Praenobilissimi & Honoratissimi frequenter interesse velint, summopere ab ipsis peto.

Habe, Diss. 1787/85

ULB Halle


3

002 169 606



sb





21. 1

PROLVSIO ACADEMICA
DE
DELATORE TESTE

P 203.

QVA
RECITATIONES IURIDICAS
IN ILLVSTRI ACADEMIA,
QVAE HALAE FLORET
INDICIT

OTTO LVDOVICVS DE EICHMANN

L. V. D. POTENTISSIMO BORVSSORVM
REGI A CONSILIIS SANCTIORIBVS
ET DIVERSARVM SOCIETAT,
MEMBRVM.



HALAE AD SALAM
APVD IO. CHRIST. HENDEL.
1781.